

# **Sacrum Consilium pro publicis Ecclesiae negotiis Normae de promovendis ad episcopale ministerium in Ecclesia latina\***

TEXTO BILINGÜE

Episcoporum delectum ita faciendum ut ad regendam Ecclesiam praeficerentur Pastores «facti forma gregis ex animo» (1 Pt. 5, 3) Apostolica Sedes praeteritis temporibus curavit editis particularibus regulis ad varias Nationes spectantibus.

Cum autem necesse sit ut etiam in hac parte vim suam exerant Oecumenici Concilii Vaticani II praescripta, Summus Pontifex Paulus VI, plurimorum in Episcopatu Fratrum acceptis votis et competentium Romanae Curiae Dicasteriorum exquisita sententia, ad effectum adducere statuit id quod Motu Proprio «Ecclesiae Sanctae», n. 10, edicitur, nimirum «Conferentiae Episcopales, iuxta normas ab Apostolica Sede statutas vel statuendas, de viris ecclesiasticis ad Episcopatus officium in proprio territorio promovendis prudenti consilio sub secreto quotannis agant, et candidatorum nomina Apostolicae Sedi proponant». Itaque mandavit ut textus de hac re diligentissime appareretur et Conferentiarum Episcopaliū examini proponeretur.

Ha sido ya en el pasado preocupación de la Sede Apostólica, dando normas particulares para diversas naciones, que la elección de obispos se haga de tal manera que sean puestos al frente de la Iglesia pastores «que se presenten como modelos del rebaño» (I Pt., 5, 3).

Pero siendo necesario que también en este particular tengan vigor las prescripciones del Concilio Ecu­ménico Vaticano II, el Sumo Pontífice Pablo VI, atendiendo los deseos de muchos hermanos en el episcopado, y después de haber oído el parecer de los competentes dicasterios de la Curia Romana, ha decidido llevar a efecto lo determinado con el motu proprio «Ecclesiae Sanctae», núm. 10, es decir: «Las Conferencias Episcopales, de acuerdo con las normas establecidas o a establecer por la Sede Apostólica, deliberen cada año, bajo secreto y con prudencia, sobre los eclesiásticos que pueden ser promovidos al oficio episcopal en el propio territorio, y propongan a la Sede Apostólica los nombres de los candidatos». Consiguientemente, dispuso que se redactara cuidadosamente un texto sobre esta materia y que se propusiera al examen de las Conferencias Episcopales.

\* El 25 de marzo de 1972 el Sagrado Consejo para los asuntos públicos de la Iglesia promulgó estas Normas (AAS 64 (1972), pp. 386-391). Traducción según la versión ofrecida por «Ecclesia», n. 1593 (1972), pp. 13-17.

Quibus absolutis, Summus Pontifex normas quae hic adnectuntur approbavit, quae de promovendis ad Episcopatum ecclesiasticis viris latini ritus agunt, non tangunt vero proprias Ecclesiarum Orientalium leges, quaeque vigere incipient a die XXI mensis Maii, anno MCMLXXII, simul abrogatis memoratis particularibus decretis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXV mensis Martii, anno MCMLXXII.

I. Card. VILLOT

Praefectus Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis

### Articulus I

1. Episcopis facultas et officium competit Apostolicae Sedi patefaciendi nomina presbyterorum quos episcopali munere dignos putant et ad illud idoneos, non solum in ambitu dioecesani Cleri, sed etiam religiosorum qui in Dioecesi ministerio sacro funguntur, et sacerdotum alius iurisdictionis quos bene comperto habeant.

2. Singuli Episcopi dioecesani et alii loci Ordinarii, non autem Vicarii Generales, satagent acquirere notitias et elementa omnia, quibus opus est ut tale praecipuum et haud facile munus adimpleatur, sive ipsi per se explorantes, sive pro opportunitate consulentes, intra terminos suae iurisdictionis, non quidem in coetu, sacerdotes e Capitulo Cathedrali vel e gremio Consultorum, e Consilio presbyterali, alios denique tum e Clero, sive dioecesano sive regulari, tum e laicorum ordine.

3. Quod attinet ad ecclesiasticas circumscriptiones conceditas Missionalibus Institutis, respectivis Moderatoribus Supremis agnoscitur, iuxta praxim vigentem in Sacra Congregatione pro Evangelizandis Populis, facultas proponendi candidatos e proprio Instituto, salvo semper iure Apostolicae Sedis, si id opportunum censuerit, aliter providendi.

### Articulus II

1. Nomina candidatorum episcopalium regulariter penduntur et proponantur ab Episcopis in coetum coalescentibus. Singulis tamen Episcopis, aliisque Ordinariis ut supra, art. I, 2, fas est candidatos Apostolicae Sedi directe proponere.

Una vez hecho todo esto, el Sumo Pontífice ha aprobado las siguientes normas sobre la promoción de eclesiásticos de rito latino al episcopado, dejando intactas las leyes propias de las Iglesias orientales. Las presentes normas entrarán en vigor el día 21 de mayo de 1972, quedando abrogados al mismo tiempo los decretos particulares arriba mencionados.

Sin que obste nada en contrario.

Vaticano, 25 de marzo de 1972.

I. Card. VILLOT

Prefecto del Consejo para Asuntos  
Públicos de la Iglesia.

### Artículo I

1. Los obispos tienen la facultad y la incumbencia de dar a conocer a la Sede Apostólica los nombres de los presbíteros a quienes juzgan dignos e idóneos para el cargo episcopal no sólo en el ámbito del clero diocesano, sino también de los religiosos que ejercen el sagrado ministerio dentro de la diócesis, y de sacerdotes de otra jurisdicción que les sean bien conocidos.

2. Los obispos diocesanos y los demás ordinarios del lugar, a excepción de los vicarios generales, han de procurar reunir las informaciones, y todos los elementos necesarios, para cumplir con tan importante y no fácil cometido; bien sea llevando a cabo una investigación personal, o bien, si lo creen oportuno, consultando dentro de su propia jurisdicción, y de modo no colectivo, a sacerdotes miembros del Cabildo Catedral, o del grupo de Consultores, o del Consejo Presbiteral, y también a otros del clero diocesano o regular, así como a personas seglares.

3. Por lo que se refiere a las circunscripciones eclesiásticas confiadas a institutos misioneros, se reconoce a los respectivos superiores generales, en conformidad con la praxis seguida por la Sagrada Congregación para la Evangelización de los Pueblos, la facultad de proponer candidatos de su propio instituto, quedando siempre a salvo el derecho de la Sede Apostólica a proveer de otra manera si lo creyere oportuno.

### Artículo II

1. Los nombres de los candidatos al episcopado han de ser regularmente examinados y propuestos por los obispos reunidos en asamblea. Sin embargo, cada obispo, así como los demás ordinarios mencionados en el artículo I, 2, puede proponer candidatos directamente a la Sede Apostólica.

2. Coetus seu conferentiae de quibus agitur sint de more provinciales, constant nimirum ex Episcopis aliisque Ordinariis ut supra pertinentibus ad eandem Provinciam Ecclesiasticam, nisi peculiaria locorum adiuncta coetus interprovinciales, vel regionales vel demum nationales suadeant, Apostolica Sede prius certiore facta.

### Articulus III

1. Coetui iisdem cum iuribus intersunt omnes Episcopi Provinciae, vel Regionis vel Nationis, qui iuxta respectiva statuta ad eandem Conferentiam Episcopalem pertinent cum voto deliberativo.

2. Agendorum ordinem praeparare coetibusque praeesse est Metropolitanae, eoque absente Suffraganei senioris, si agatur de coetu provinciali; Conferentiae vero Praesidis si agatur de coetu regionali vel nationali.

### Articulus IV

1. Coetus habeantur certis intervallis, iuxta praescriptum in Motu Proprio «Ecclesiae Sanctae», n. 10. Expedit ut celebrentur cum de more Episcopi conveniunt.

2. Coetus recurrente tempore congregantur eo consilio ut Episcopi candidatos proponant vel, si casus ferat, circa candidatos iam antea propositos ulteriores notitias suppeditent. Fieri etiam poterit ut aliquis e candidatis alias propositis, in indice non sit retinendus vel ob progressam aetatem, vel ob morbum, vel ob aliam causam, unde ad episcopatum inhabilis factus sit.

### Articulus V

Congruo tempore ante coetus congregationem, nomina proponendorum ab iis, qui interesse ius et officium habent, mittantur Praesidi, qui cum iisdem integram nominum seriem communicare sataget, oportunitis adhibitis cautelis.

Ipsi autem candidatorum nomina perpendant, et de unoquoque quae sibi perspecta sint adnotent.

### Articulus VI

1. De singulis candidatis notitias et animadversiones Episcopi secum communicent, explicantes utrum de propria scientia eas confirment an ex auditu referant.

2. Estas asambleas o conferencias deben ser normalmente provinciales, es decir, compuestas por los obispos y los demás ordinarios arriba indicados, pertenecientes a la misma provincia eclesiástica, a no ser que las peculiares circunstancias del lugar aconsejen asambleas interprovinciales o regionales o también nacionales, previa información a la Sede Apostólica.

### Artículo III

1. Toman parte en esta asamblea, con iguales derechos, todos los obispos de la provincia, de la región o de la nación que, según los respectivos estatutos, pertenecen a la misma Conferencia Episcopal con voto deliberativo.

2. La preparación del orden del día y la presidencia de la asamblea corresponden al metropolitano y, en su ausencia, al obispo sufragáneo más antiguo, si se trata de una asamblea provincial y al respectivo presidente de la Conferencia, si se trata de una asamblea regional o nacional.

### Artículo IV

1. Las asambleas han de tenerse periódicamente, según lo prescrito por el «motu proprio» **Ecclesiae Sanctae**, número 10. Es conveniente que se celebren cuando se reúnen habitualmente los obispos.

2. Llegado el momento, se reúnen las asambleas, con el fin de que los obispos propongan los candidatos; o, si el caso lo requiere, proporcionen posteriores informaciones sobre candidatos ya propuestos anteriormente. Podría ocurrir que algunos de los candidatos propuestos precedentemente no deban ser mantenidos en la lista, bien sea por razones de avanzada edad o por enfermedad o por otra causa, por lo cual no sea ya idóneo para el episcopado.

### Artículo V

Los nombres de los candidatos deberán ser enviados al presidente, con la debida antelación a la reunión de la asamblea, por aquellos que tienen el derecho y el deber de participar en la misma. El presidente se preocupará de comunicarles la lista completa de los nombres, tomando para ello las debidas cautelas.

Ellos examinarán los nombres de los candidatos y anotarán lo que saben de cada uno de ellos.

### Artículo VI

1. Ya en la reunión, los obispos se intercambiarán las informaciones y las observaciones sobre cada uno de los candidatos, indicando si las tienen por conocimiento propio o si las saben de oídas.

2. Sic autem examinandi candidati ut discernatur an polleant dotibus quibus necesse est adornetur bonus pastor animarum et doctor Fidei: an nimirum bona fama honestentur, an sint moribus irreprehensibiles, recto iudicio et prudentia instructi, animo aequabiles, indole constantes; an sint orthodoxae Fidei tenaces, Apostolicae Sedi devoti et Ecclesiae Magisterio fideles, an dogmaticam et moralem theologiam ac ius canonicum penitus calleant, an pietate, spiritu sacrificii et pastoralis zelo fulgeant, an aptitudine ad gubernandum donentur. Sed et attendi debent acies ingenii, studiorum curriculum, sensus socialis, spiritus dialogi conserendi et cooperationis, intelligentia signorum temporum, laudabile studium non favendi partibus, familiae genus, valetudo, aetas, habitus per successionem hereditariam traditi.

#### Articulus VII

1. Absoluta disceptatione orali, vota, aut abstentio a voto, scripto aliave apta ratione exprimantur pro singulis candidatis.

2. Vota secreto exprimantur, ut integra unicuique servetur libertas in suffragando. Expediit ut, praeter ipsum votum, distincte indicetur indoles dioeceseos vel officii cui aptior quisque candidatus videatur.

3. Post lata suffragia de singulis candidatis, ipsa recognoscantur, modo apto ad exactam computationem eorumdem.

4. Si expedire videatur, Praeses potest Episcopos invitare ad novam oralem disceptationem, circa unum candidatum vel plures, et suffragia iterum ferenda curare, quo nempe peculiare notae alicuius candidati clarius appareant.

#### Articulus VIII

1. Ante coetus absolutionem elenchus conficiatur eorum qui, episcopali munere digni et idonei, Apostolicae Sedi proponendi erunt.

2. Itidem, ante coetus dimissionem ea omnia delectantur ex quibus dignosci posset qua ratione singulus quisque suffragium tulerit. De omnibus autem in coetu peractis acta conficiantur ad normam iuris.

3. Optandum est omnino, ne Episcopi discedant nisi actorum tabulis perlectis, probatis et subsignatis.

2. El examen de los candidatos debe ser tal que permita discernir si tienen las dotes de que necesariamente ha de estar adornado un buen pastor de almas y maestro de la fe, es decir, si gozan de buena fama, si son irreprehensibles en sus costumbres, si están dotados de juicio recto y de prudencia, de ánimo ecuánime y de carácter constante; si demuestran una firme adhesión a la ortodoxia de la fe, si son devotos a la Sede Apostólica y fieles al magisterio de la Iglesia; si conocen a fondo la teología dogmática y moral, así como el Derecho canónico; si se distinguen por su piedad, espíritu de sacrificio y celo pastoral; si tienen aptitudes de gobierno. Se deben tener también en cuenta las cualidades intelectuales, los estudios realizados, el sentido social, el espíritu de diálogo y de colaboración, la comprensión de los signos de los tiempos, el laudable deseo de imparcialidad, el ambiente familiar, la salud, la edad, las características hereditarias.

#### Artículo VII

1. Una vez terminada la discusión oral ha de darse, por escrito o de otra manera apta, el voto o la abstención del voto sobre cada uno de los candidatos.

2. Los votos deben darse en secreto, para que cada uno tenga plena libertad. Es conveniente que, además del voto, se indique claramente el tipo de diócesis o de cargo para el cual parece más idóneo cada candidato.

3. Después de haber dado el voto sobre cada uno de los candidatos se debe hacer el recuento de modo apto para una exacta computación de los mismos votos.

4. Si pareciera conveniente, el presidente puede invitar a los obispos a una nueva discusión oral sobre uno o más candidatos, y hacer que se repita la votación, con el fin de que aparezcan más claramente sus aptitudes particulares.

#### Artículo VIII

1. Antes de terminar la asamblea se confeccionará la lista de aquellos que han de ser propuestos a la Sede Apostólica como dignos e idóneos para el ministerio episcopal.

2. Asimismo, antes de concluir la asamblea se ha de destruir todo aquello que permitiría descubrir cómo votó cada uno. Sin embargo, se levantará acta, según las normas del Derecho, de todo lo hecho en el curso de la reunión.

3. Es muy de desear que no se marchen los obispos sin antes haber leído atentamente, aprobado y firmado las actas.

**Articulus IX**

Praeses coetus integrum exemplar actorum et elenchi candidatorum ad Apostolicam Sedem mittat per Pontificium Legatum.

**Articulus X**

1. Illis in Nationibus in quibus plures exstant Provinciae Ecclesiasticae et id, iudicio saltem duarum tertiaram partium eorum qui cum voto deliberativo pertinent ad Conferentiam Episcopalem Nationalem, expedire videbitur, elenchus in Provinciali vel Regionali coetu confectus mittatur, pro opportuna cognitione, ad Praesidem Conferentiae Episcopalis Nationalis, qui animadversiones et notitias addere poterit, prae mente habens necessitates et adiuncta Ecclesiae in tota Natione.

2. Itidem, si maiori parti ut in praecedenti paragrapho membrorum Conferentiae Episcopalis Nationalis expedire videbitur, statui poterit ut vel Comitatus permanens Conferentiae, vel peculiaris non nimis ampla Commissio, constans membris ab ipsius Conferentiae plenario coetu ad certum tempus eligendis, cui praeerit ipse Praeses Nationalis Conferentiae, animadversiones et notitias ut supra n. 1 addat.

**Articulus XI**

1. Cum agitur de indicandis Apostolicae Sedi candidatis pro aliquo officio episcopali, ratio habenda est indicum confectorum a coetibus provincialibus, vel a coetibus regionalibus sive nationalibus in casibus descriptis art. II, 2.

2. Indices autem non minuunt libertatem Romani Pontificis, cui pro suo munere semper integrum est eligere et instituere etiam viros aliunde sumptos.

**Articulus XII**

1. Antequam quilibet candidatus Episcopus renuntietur, Apostolica Sedes de eo diligentem et prolatam peragat inquisitionem, consultis singulatim personis quae eum intime norint et de eo valeant quam absolutissimas notitias et prudens deliberatumque coram Deo proferre iudicium.

2. Haec inquisitio facienda committitur Pontificio Legato, qui quidem quaestiones ad hoc confectas tradit ecclesiasticis viris: episcopis, presbyteris, religiosis; possunt quoque eundem in modum interrogari laici prudentes et vere probati, qui utilia scitu de candidato norint.

**Artículo IX**

El presidente de la asamblea enviará a la Sede Apostólica un ejemplar íntegro de las actas y de la lista de los candidatos, por medio del representante pontificio.

**Artículo X**

1. En las naciones donde haya varias provincias eclesiásticas, y cuando parezca conveniente, a juicio al menos de las dos terceras partes de los que pertenecen con voto deliberativo a la Conferencia Episcopal nacional, la lista confeccionada por la asamblea provincial o regional será enviada, para oportuno conocimiento, al presidente de la Conferencia Episcopal nacional, el cual podrá añadir observaciones e informaciones, teniendo presente las necesidades y las circunstancias de la Iglesia en el conjunto del país.

2. Igualmente, si la mayoría de los miembros de la Conferencia Episcopal nacional, a que se refiere el párrafo anterior, lo cree conveniente, podrá establecerse que sea la Comisión Permanente de la Conferencia o una Comisión especial, no demasiado amplia, compuesta de miembros elegidos por un tiempo determinado por la Asamblea plenaria de la misma Conferencia y presidida por el mismo presidente de la Conferencia nacional, la que añada las observaciones e informaciones indicadas en el párrafo 1.

**Artículo XI**

1. Cuando se trata de presentar a la Sede Apostólica candidatos para un cargo episcopal se han de tener en cuenta las listas preparadas por las asambleas provinciales, o bien por las asambleas regionales o nacionales para aquellos casos indicados en el artículo II, 2.

2. Las listas, sin embargo, no limitan la libertad del Romano Pontífice, el cual, en virtud de su cargo, tiene siempre en su mano elegir y nombrar a otros no incluidos en ellas.

**Artículo XII**

1. Antes de que un candidato sea promovido al episcopado la Sede Apostólica recoge una amplia y minuciosa información sobre él, consultando individualmente a personas que lo conozcan bien y puedan proporcionar de él datos lo más completos posibles, así como un juicio prudente y ponderado «coram Deo».

2. Esta investigación está encomendada al representante pontificio, el cual hace entrega del cuestionario expresamente preparado para ello a personas eclesiásticas: obispos, sacerdotes, religiosos. Pueden ser también interrogados en el mismo sentido seglares prudentes y de absoluta confianza, los cuales pueden conocer cosas útiles sobre el candidato.

**Articulus XIII**

1. Cum de providenda aliqua dioecesi aut de constituendo Coadiutore cum iure successionis agitur, Pontificius Legatus a Vicario Capitulari vel ab Administratore Apostolico aut ab ipso Episcopo dioecetano requirit amplam et diligentem relationem de Dioeceseos statu et necessitatibus; poterunt etiam clerus et laicorum ordo, praesertim per corpora ad normam canonum instituta eorumque personas agentia, necnon religiosi interrogari.

2. Salvis casibus particulari lege vel consuetudine vel alia ratione legitime exceptis, ad ternos, qui dicuntur, Apostolicae Sedi proponendos. Pontificii Legati est singillatim requirere et cum ipsa Apostolica Sede communicare, una cum suo voto, quid suggerant Metropolita et Suffraganei Provinciae ad quam pertinet, vel quacum in coetum convenit, providenda dioecesis, necnon Conferentiae Episcopalis Nationalis Praeses. Pontificius Legatus, insuper, quosdam e Capitulo Cathedrali, vel e Consultoribus dioecesanis, aliosque ex utroque Clero, praesertim e Consilio Presbyterali sede plena existente, pro opportunitate audiet.

3. Congrua congruis referendo, similis procedendi modi ratio habeatur ab iis ad quos candidatos proponere pertinet cum agitur de nominandis Episcopis Auxiliaribus.

**Articulus XIV**

In iis omnibus expediendis, sive Episcopis, sive Pontificiis Legatis, sive Presbyteris et fidelibus quomodocumque partem habentibus, praescriptum secretum Pontificium, quod vocant, ad amussim servandum est, quod exigunt ipsa natura rei et observantia debita personis de quibus agitur.

**Articulus XV**

Firmo manente voto Concilii Oecumenici Vaticani II in Decr. «Christus Dominus», n. 20, de Episcopis libere eligendis, normae quae praecedunt legitima privilegia concessa vel iure quaesita specialesque procedendi modos ab Apostolica Sede inita pactione vel aliter approbatos non abrogant nec iisdem obrogant.

**Artículo XIII**

1. Cuando se trata de proveer una diócesis o de nombrar un coadjutor con derecho a sucesión, el representante pontificio pedirá al vicario capitular o al administrador apostólico, o al mismo obispo diocesano, una relación amplia y detallada sobre el estado y las necesidades de la diócesis; podrán ser interrogados también el clero y los seglares, sobre todo a través de los organismos representativos canónicamente instituidos, así como los religiosos.

2. Salvo en los casos legítimamente exceptuados por ley particular, por costumbre o por otro motivo, corresponde al representante pontificio, en orden a proponer a la Sede Apostólica la «terna», pedir individualmente y comunicar a la misma Sede Apostólica, junto con su propio parecer, lo que sugieran el metropolitano y los sufragáneos de la provincia a la cual pertenece o con la cual se reúne en asamblea la diócesis que debe ser provista; se añadirán también las sugerencias del presidente de la Conferencia Episcopal nacional. El representante pontificio oírá además, en caso oportuno, a algunos miembros del cabildo, sobre todo miembros del Consejo Presbiteral «sede plena» existente.

3. Con las debidas adaptaciones han de seguir semejante proceso aquellos a quienes corresponde proponer los candidatos cuando se trate de nombrar obispos auxiliares.

**Artículo XIV**

Tanto los obispos como los representantes pontificios, los presbíteros y los fieles que hayan participado de algún modo en la realización de todo esto están estrictamente obligados a guardar la prescripción del llamado secreto pontificio, exigido por la misma naturaleza del asunto y por el debido respeto a las personas interesadas.

**Artículo XV**

Quedando firme el deseo del Concilio Ecuménico Vaticano II, Dec. «Christus Dominus», núm. 20, sobre la libre elección de los obispos, las normas que preceden no abrogan ni subrogan los privilegios concedidos o legítimamente adquiridos, ni los procedimientos particulares aprobados por la Sede Apostólica mediante un pacto sancionado o de otro modo.